

Georg Radow

**Magnificentissimam Reviviscentis Jesu Vitis Respirantis Amoenitatem Hilari
pietate recolendam Rector Academiae Rostochiensis Georgius Radovius ...
Civibus Academicis Omnia Ordinum honoratissimis solenni Programmate sistit**

Rostochii: Wepplingius, [ca. 1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742502279>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1686. Ostern

A-1256. 45.

1686.

16

MAGNIFICENTISSIMAM
REVIVISCEN-
TIS JESU
VITIS RESPIRANTIS
AMOENITATEM
Hilari pietate rccolendam
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
GEORGIVS R'A.
DOVIUS,

D. Antecessor, Facult. Jurid. & Colleg.
Senat. Senior,

CIVIBUS ACADEMICIS Omnia Ordinum honoratissimis
solenni PROGRAMMATE sicut,

(O)S
ROSTOCHI,
Typis JOH. WEPPLINGII, UNIVER. TYPGR.

M. 1256 45



Rorūpit emergitq; sepulcrali propriidie
comissa sulco, jam verò magnificentius atq;
splendidiùs respirans & amplissimè triumfans
VITIS, qvam SIVIT per aliquod tempus im-
mensis cruciatibus angi severissima Nemesis di-
vina: Revirescit germe, qvod de virgâ Jes-
seâ virore virgineo pullulans excisum erat è do-
micio terrestri: Revisit nos resplendetq; oriens ex alto, re-
vicit præpotens ac gloriósus humanæ salutis restitutor. Tantā
qvippe tamq; cumulatâ dolorum perpessione confrinxerat tole-
rantissimum JESUM desæviens immanissimorum cruciatum pro-
cella, ut lamentabili crucis jugo alligatus elassesceret tandem, &
deficiente sole, ingentique tremore concusso solo marcescens
expiraret, atq; in tumulum detrusus saxo signato contegeretur.
Neq; verò funestis violari detinerive poterat septis, qvomodo-
cunq; etiam, qv; spiranti adhuc contumeliosissimè maledixe-
rant, expiranti gravissimas columnias intorquere allaborarent
improbissimi omnium scelerum machinatores judæi, tumulatum
qvoq; contumeliarum marris ac sarculis compungere lancina-
req; non erubescentes, dummodo augustissimam ejus ab inte-
ris reversionem sic, si per ipsos stetisset, perscienter ludificari,
& fidem istius aperte pervertere ac labefactare potuissent. Ef-
fert se hodie & glorióssimè superat, vaserrimas perridiculorum
syco-

sycophantarum artes potentiore æte cludens trium fabundus vi-
ctor, excubitores ab obsidione sepulcri excurrit, omnesque diffi-
cultates, omnia pericula augustissimè perrumpit regerminans in
horto sospitator. Elangvescebant carnificina atqve crudelitas,
qvæ mortiferum acerbatis virus in cruci suffixum evomuerant:
retundebatur sceleris inauditi importunitas, qvæ emerat mendaciū,
fidem vendiderat: iracundiam remittebat inhumanitas, qvæ
dominum surrexisse dolebat, occidisse non dolebat. Cessabant
onera vinculorum, exulabat dolor clavorum trabalium, con-
fringebatur detestabile mortis jugum, nec nisi ad sananda infi-
delium animorum vulnera lanceæ clavorumqve servabat vestigia
cicatricosa VITIS, ut non dubia fide, sed constantissimè tenere-
tur, eum Christum, ad Dei patris enectum esse renidens maje-
state solium, qvi in sepulcralem scrobem per constitutum tem-
pus demissus fuerat, indeqve contremiserent aliquando, qvi
cum horrore, qvem compupugerint & in qvem temere ac effre-
nate invecti fuerint, aspecturi sunt. Tempus vertebatur svavissi-
mum, qvo non hyemalibus perfidiæ caligantis pruinis annus rigebat,
nec altis nivibus informis crusta blasphemis gelu durante concre-
scet; led nimbis sacrilegii liberata novos fructus terra jam parti-
riens veteres præteribat. Deserbuerat omnis laboriosarum ægri-
tudinum procella, cuncti anxiarum acerbitatum astus fervores-
que omnes, qvibus in ærumnosissimo crucis statumine coqveba-
tur affixa VITIS, sereniori jam spiramine temperabantur. Sedata
erat tempestas, concordia navigabat, fides spirabat: certatim
nautæ repecebant fidei, qvos reliquerant, portus, & dulcia patriis
oscula litoribus figebant, liberatos se periculis, absolutos errori-
bus gratulantes. Nimirum, qvi terrore perculti patientis VITIS
hinc inde dispersi fuerant palmites, formidolosissimi discipuli, no-
vo animabantur vigore, resumebant submotos sollicitudine spi-
ritus, qvando gloriâ & honore decoratam VITEM cernebant re-
florencere, & amœnissimos undique claviculos pretendere, qvi-
bus

bus subveniret confernatis, inclinantes erigeret, tremebundos
que & fugitivos sisteret. Infuscaverant extinctæ indolecentium
luci animos spissa mœroris ac formidinis nubila, qvæ pleno jam
refulgentis jubare & amœno respirantis VITIS nitore dissipata
evanescabant; neqve tam grata est post tenebras redditæ lux, &
serenitas post tempestatis obscura, qvam acceptum erat omnibus
redonati luminis & columinis gaudium. Etenim ovantes gra-
tulantesqve eò majore cum lætitia venerabantur servatorem,
qvò propius metum res fuerat. Insignis splendidissimo candore
angelus pavescentes mulieres accersebat ad videndum, ut sacræ
VITIS locus mundaret oculos, qvos cacodæmone occludente ve-
titæ arboris aspectus maculaverat. Enimvero præcedit ad sepul-
crum, qvæ ad mortem præcesserat femina, fitqve redintegrati-
onis nuntia, qvæ fuit mortis interpres, & qvæ viro porrexerat
interitus grandis nuntium, ipsa conciliat magnæ salutis auditum,
ut compenset fidei nuntio, qvod perfidiæ ademerat auditu. Ju-
cundissimus increbrescebat rumor, reviruisse, qvam extirpare
radicitusqve evellere conata fuerat robusta adversantium impro-
bitas, sqvaloris & pulveris antea plenam, nunc magnificentissimo
decore conspicuam VITEM Ps. 8. v. 6. surrexisse, qvi credebatur
mortuus, revixisse, qvi lugebatur occisus, à morte ad vitam, à
poena ad gloriam, à clade ad triumfum solennissimè processisse so-
spiratorem. Conveniens utique erat, dum ceteræ verno tempo-
re Vites regerminant, totaqve rerum natura formosissima renidet,
uti & hic divinior è tumba frutex repullularet, & svavissimā respi-
ratione exhilararet qvæcunqve expiratione torpida & sqvalentia
paulo ante reddiderat. Conspirantia communis tristitia obse-
quia paraverant illa, cum marcentem expirantemqve complora-
verant VITEM, collatatura jam & solennium gaudia triumfo-
rum adumbratura, dum restarentem respirantemqve venerantur,
ut tanquam fidi ministri, velut lugubri sqvaluerant peripeta-
tum ad exeqias demortui JESU, & lucuoso obstupuerant si-
lentio,

Lentio: sic ad lætissima redivivi Domini triumphalia nitidioris jubaris prætexta coruscent, & congratulabunda hilario-
ris exultationis celestis mæta concinant. Pergratum sit per-
que jucundum, spumante plenis vindemiâ labris, videre ferta
stephanitidum pendentia, velut qvædam ruris speciosi monilia,
carpere uvas vel aureo vel purpureo colore renidentes:
Multò opreatius nobis, qvi Christo profitemur nomina, fuerit,
pergulanam resurgentis Jesu jucunditatem gestiente læti-
tiâ recolere, & qvâm sublimè feratur perenni viriditate flo-
rida atqve exuberantium fertilitate fructuum fœcunda hæc
Vitis, reverenter ruminari. In Albano generis Aminei *vitis*
notas fuisse è Plinio & Columella probat Gv. Bud. de A. &
p. E. L. V. p. 689. numero qvidem perpaucas, verum ita fer-
tilest, ut in jugo singulae ternas urnas præberent, in pergulis
autem singulae duas amphoras peræqvarent: inqve agro
Faventino memorat C. Rhodig. L. A. L. IX. c. 15. tricenari-
as appellari *vites*, qvod tricenas amphoras reddat jugerum.
Longè fertilior nostra est è sepulcro repullulascens *VITIS*, cuju[m]
cognitione perplurimi, qvorum iniquitates ipsa sustulit, justici-
am nanciscuntur *Esa.* LIII. II. 12. *Vindemiæ* sacratioris appro-
pinqvavit tempus, cuius lætitiam qvâm apertissimè tulerint
olim omnes, perbellè declarant hymni in Codice saero pro-
torcularibus inscripti, octavus, gomus, & gztius: eō qvod in his
mysteria Dominica passionis modo musti sancto serventis spiritu
redundantius astuaverint, veluti eximie loquitur Ambrosius
Tom. III. p. 197. Deeetqve omnino totius orbis hic esse vin-
demiam, ubi totius orbis est vinea: U verrime enim pro-
fluit de VITE vitæ vinum oblectamenti & solatii gratis ex-
cipiendum *Esa.* LV. i. exhaustus ipsa pro nobis poculum hor-
rificum, poculum æstus divini, & crassamen vindicatrixis ju-
stitia ehibens, πάλεις Job. XLIX. 30. exclamavit: parta nunc
pace glorioissimè respirans, salubriorem omnibus & jucund-

A 3

diorem

diorem salutis potum propinat. Si in plebejâ aut rēgiâ vīndemiat preces prāmisit pris̄corum religio, (ceu videre est ē canonē Trullano XXVIII. & Jac. Goar. Εὐχῶν. p. 964.): nos multò magis decebit, fervente œcumenica novæ salutis vīndemiat, in eucharistica vota effundi, & lātitiā abundante excitari ad canendum hoc epiniciū; quām magnificum nōmen Domini in omni terrā, qvæ domini est! Ps. VIII. & XXIV. Etenim ubique, (percommoda sunt verba Ambrosii Tom. III. comm. in Luc. L. IX.), Deus pater colitur, ubique Christus adoratur. Hec est nostra vīndemia. Latī igitur atque securi, pars gremium suum misiū funiculis oneret uvarum, alii cœlestia munera ore libemus, plerique bonarum gressibus voluntatum divini fructū muneris exprimentes, vestigia cothurnis nuda directis musto fluente tingamus. Locus enim in quo stāmus, terra sancta est: ideo calceamenta solvenda sunt, ut spiritalē vestigium sacro sanctae sedis tribunal ascendens corporei nexus vinculis exuatur. Effloruit ē funebri prorūpens specu VITIS: Nos qvōq; sanctā tenemus fide, nostras ceu palmitum in terram defossas exuvias, & vel in nihilū redacta lipsana potentissimā Christi virtute ē tumulis esse resurrectura, ut revirescant & ad æternū deliciarū pausilypum transferantur. Apprime id confirmant ista ē Tom. V. Op. Amb. p. 18. Cum Christus ex vili aquā vīni optimi saporem voluit gustare convivas, magis voluit ex hac vili carne resurrectionis cœlestis sapientiam gustare credentes. Nam hoc signo totum utique resurrectionis mysterium continetur: Aqua enim vīlis, pallens, & frigida in vīnum versa, scilicet pretiosum, rubrum, vel ignitum, hoc significat, hominis substantiam conditione vīlem, imbecillitate pallentem, morte frigentem in resurrectionis gloriam commutandam, qvæ est eternitate pretiosa, gloriā colorata, spiritu immortalitatis ignita. Erit, erit illud profectō tempus, & illucescat aliquando dies, qvum nostra resolutorum membrorum compage dispersa ossa

ossa in formiam redivivi corporis vitam daturo spiritu rever-
tentur, mortisq; fætore deterso ac vitz odore reparato ex-
pirantium favillæ spirantium faciem recipient, & in suos artus concrescent: qvorsum enim caput prorupit, eò quoque
cerera se penetrant membra necessum est, qvorsum VITIS
porrecta, eò palmites etiam protendi, inviolabilis mysticæ
unionis ratio reqvirit; Neq; verò hos ab istâ divelli patie-
tur is, qvi gentes in peculium dedit redimenti filio æternus
Pater Ps. 2. 8. Nec frigus extremum horridæ mortis, nec sol
assus iniqvitatum nobis è vitâ emigraturis qvicqvam obesse
poterunt, si obumbrabit rediviva VITIS cubile nostrum, si
defenderet mortuorum grabatum svavissima resurgentis Jesu
gratia, æterno nos futura amplexu, dummodo istam verâ fide
amplexi fuerimus. Est utiq; Christus vera VITIS fons & sca-
turigo omnis nostri succi vivifici, cujus virtute in vitam tra-
ducti ceu palmites fructum ferimus, qvi communicatione
carnis suæ in nobis habitat, uti pluribus exponit Cyrillus l. X.
c. 13. in Job. Minùs enim nos sine illo, qvam sarmenta sine
vite virescere possamus, extraq; ipsum arida ligna & emor-
tua sumus. Eleganter huic suffragatur asserto Augustinus
tract. 81. in Job. ita, inqviens, in vite sunt palmites, ut viti non
conferant, sed inde accipient unde vivant, ita verò vitis est in
palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis. Ac per hoc
& manentem in se habere Christum, & manere in Christo, disci-
pulis prodest utrumq; , non Christo: nam præcisus palmite po-
test de viva radice aliis pullulare; qvi autem præcisus est, sine
radice non potest vivere. Qvin etiam (optimè huc facientia
sunt verba Ambrosii Tom. III. p. 197.) ut tener surculus veteri ab-
scissus ex arbore in alterius fætu radicis inseritur: Ita populus
sanctus s. Ecclesia surculi veteris cicatricibus enodatis in novo illo
crucis ligno tanquam gremio pie parentis fatus inolevit. Spi-
ritusq; S. in hoc carcereum corpus infusus, velut in altas demis-
sus

*sus terrarum scobes, aquæ salutaris irrguo diluit qvicquid est
faridum , membrorumque nostrorum habitus in cœlestem erigit
disciplinam . Laudent proinde VITEM qvicunque respici-
unt resurgentem , & agmina Ecclesiæ velut qvædam pal-
mitum serta mirentur, spectent singuli fidelium pretiosa re-
demtionis monilia , delectentur maturitate prudentia , splen-
dore fidei, confessionis decore, justitiae pulcritudine, ubertate
misericordia , redundantiam VITIS fructiferæ copiosarum mu-
nere virtutum imitaturi . Observat alicubi non inscitè
L' Empereur è judaicis monumentis, ad ritum auream in templo
secundo expansam, dependentibus botryonibus & racemis
ἄρδονησιν, mirandum sanè opus tam manus qvam materiæ
pretio, (teste Josepho A. J. l. XV. & de B. J. l. VI. c. 6.), munifi-
cam veterum judæorum pietatem sveuisse alias vites, botros
acinos, folia ex auro affabré facta suspendere : Nos religio-
sissimè colamus pariter regerminantem nostram & magnifi-
centissimā gloriâ abundantem VITEM, eique sanctiora reli-
giæ mentis & actuosa virtutis anathemata consecremus.
Neqye enim fæcibus loræve vinaceis delectatur ista, qvibus
labrusca senioris & deterioris ætatis abundant, sed protro-
pum florentioris juventæ & pietatis teneræ exigit, qvo, ceu
rore matutino, circumfundi maximè appetit. Vitis ἐκλεκτη,
καλλίγενης & βλαστησου χάρις est ; Imitemini, CIVES, aucto-
rem salutis, & καρπὸν τὴν Job. XV. 8. πρέπει πειθαρεῖ Gal. V.
22. 23. edite . Non pullulet in vobis amaror absinthii, vel
pernicious cicutæ succus : missa nativâ conditione vestrâ,
(qvæ sterili est & malarum duntaxat rerum ferax), facite
fructus dignos hac VITE, cuius estis palmites. Appellat ad-
huc conscientiam vestram ex Esa. V. 3. ut vos ipsi cognoscatis,
& bonâ fide statuatis, per utrum steterit, qvò minus fructum
digam professione vestra protuleritis , cum nec tantillum
ab istis*

ab istâ desiderari possit, qvod non præstiterit ipsa tam so illi-
cîte vos alliciens & compellans, qvam si sua res ac non potiùs
vestra ageretur, qvæ cum partibus suis planè & omnino per-
functa fuerit, qvid superest nisi ut in vobis ceu palmitibus
morosis culpa esse dicatur? Caveat qvisque, ne repetatur
qverimonia Prophetæ, qvod nusquam ferè inveniantur pie-
tas & fides, qvibus (proh dolor!) æqvè destituamur, atqve
destituuntur viatores fructibus & uvis, cum pomaria aut
vites pervasit vis aliquæ major & speratos fructus sustulit,
Mich. VI. 1. Calvatam ceteroqvi vos esse vineam experimento
deprehendetur, si efficaciam sanctimoniarum pravis facinoribus
interceperitis, & aliorum cadent vota VITIS in vestris ani-
mis mansuræ modo ipsi non refragaremini. Nolite calame-
tis malitiæ veteris inniti, & acinos callosos corrugatosq; vel
immites uvas ad ore morositatis & fermento improbitatis te-
nacissimè exprimere, adeò quidem ut frangamini citius qvâma
corrigamini, qvicunqve in pravum induruisti. Animo perci-
pite & memoria custodite, qvod sarmenta inutilia tandem ex-
cidantur, excisa ejitantur, ejecta arescant, aresfacta colligan-
tur, collecta in ignem conjiantur, conjecta comburantur.
Perdiosa lippitudo fuerit, alienos errores perquisitiūs &
diligentiūs cernere, in suis connivere. Benè culta fructuosa-
que virtus hoc unicè curat, ut ipsa benè præparatum nanciscatur
pectus, qvod instar vineæ pastinet, sarriat, ordinet atq; exornet. In vobis ipsis savitatis vestræ gratia est, è vobis
pullulat, in vobis manet, iatus vobis inqve vobis ipsis qvæ-
renda jucunditas est vestræ conscientiæ. Scitè Bernardus
serm. 43. in Cantic. bona, ait, vinea justi, imò bona vinea justus,
cui virtus vitis, actio palmes, cui vinum testimonium consciencie,
cui lingua torcular expressionis. Vides apud sapientem va-
care nibilis sermo, cogitatio, conversatio. Si qvid aliud ex eo,

B

quid

Quid nō totum Dei agriculturā? Cui insigniter astipulatur An-
ton. Nebris. bom. 1. & 2. commissae sunt, diceens, singulis sin-
gule vinee i. e. anima, quæ neglecte peccati virus parunt: ex-
cultia verò fructificant in vinum felicitatis eterne. Non perda-
mus vineam, pro quā irriganda nosler olim Dominus est cru-
cifixus. Non sit vobis vilis anima nostra, quæ illi tām cara fuit.
Ne miremini inesse uvas vitibus, & uvis vina diffundi, ac o-
mnes mundi opes annuo quodam meatu indefessoqve deflu-
ere! Estote fœcundi religiorum operum, & tanquam
conseminea vitis multijugi fertilitate inclarescite. Multò
ante lucem surrexit servator: Maturè vos à vitiis resipisci-
te, ut integri sancti qve correctioni & emendationi vitæ,
qvam restipulatur revirescens VITIS, studeatis. *Vine*a, con-
venienter ait Chrysost. bom. 65. mandata Dei sunt, operandi au-
tem oportunitas ac tempus commodum præsens vita. Eviden-
ter exemplum *vitis* ad vitæ institutionem arcessendum esse si-
gnavit Servator Job. XV. 4. Vacuatur omni fertilitate pal-
mes, qui *vitis* ubertate non alitur, & à Christo dividitur,
qui Christum difficitur in se operari, cum nec sine auxilio gra-
tia fructus justitiae proferatur. Sperat igitur quæ svavissimè
spirat regerminans VITIS, & vestros congerminaturos esse
animos, pacisqve, gaudii, amoris, & reliquarum virtutum
fragrantissimum odorem diffusuros. Uvam conspecta livo-
rem ducere ab uvâ, & variari, proverbio increbuit: Par-
ter vos, (ut, quod ad pravam ceteroqvi trahi solet imitatio-
nem, ad boni studium vos incitet), cum reviviscente Christo
exurgite, qui in peccatis mortui eratis, & erigite vos at-
que in novitate vita ambulate. Itē in occursum redivivi
non amplius vitiorum lethargo consopiti: si consurrexitis
cum Christo Coloss. 3. 1. quæ sursum sunt qvarite Rom. 6. 4.
qua sursum sunt sapite, ut qvemadmodum Christus resur-

scxi.

exit per gloriam patris, sanctiori vos quoque vita iniiciemini.
Penetur sedula cogitatione quid præsens exigat ætas, quid pos-
seat hæc amœna respirantis VITIS solennitas, per graviter alio-
quin offendendæ, si sterilia vos esse farmenta senserit. Sur-
gere jubet à vitiis quæ surrexit è tumulo, caverique vult, ne à
sentibus iræ, odii, curarumque ladanum gemmæ fidei amo-
risque, ne luxuriet umbra foliorum, verborumque inani-
jactantiæ virtutibus obumbrando maturitatem gliscenit san-
ctimoniae impedit. Cavete, sitis veteres utres, quibus infun-
di nequeat novum salutis vinum, quod vera illa VITIS de
excelsø fudit: Redite ad infantiam innocentia, nec mento
sed prava mente juvenes satagit ex uberibus gratia divinæ
imbibere squalidissimum solatii succum, utpote quæ botris
comparata videre est Cant. 6. 17. unde Gillebertus de Hoylan-
dia Abbas in *Dissertatione asceticæ de mysteriis humanae redem-
tionis insertâ Tom. VI. Op. Bern. p. 83. 84.* Bonus, ait, ille ba-
terus, qui in crucis torculari pressus est, ut passionis sue vinum
myrratum & amarum in lactis nobis alimenta dulcesceret, &
vulnera in ubera transirent, contemplanti sunt ubera, & conver-
santi vina, meditanti squalia, imitantib[us] subamara. In uberibus
prælibando quæ futura sunt sapimus; in botris quædam ebrie-
tate carnis motus sapimus; in uberibus complantati ad vitam,
in botris consepulti cum Christo in mortem. Ubera nobis sunt,
dum Dominicæ passionis merito & munere gratia sempiternæ bo-
na speramus, botri nobis sunt, dum ejusdem emulande passio-
nis Zelo à carnis sensibus animum separamus. In uberibus
in id quod futuri sumus, ex parte reformamur: In botris ab eo
quod sumus paulatim transformamur, donec ad quam creati
sumus imaginem plenè conformemur. Pascha transitum desi-
gnat: Transivit VITIS per sepulcrum, de morte ad vitam;
transeamus nos quaque de pejoribus ad meliora, de vitiis ad

vir-

virtutes, de peccatis ad justitiam. In virtibus nova farmen-
ta culturâ exciduntur, putanturque vites, ne sylvescant &
in omnes partes nimis fundantur; mentes vestras errori-
bus pravitatis imbutas & amputatione vitiorum & immis-
sione virtutum excolat rediviva VITIS, ut abstineatis à vi-
tiis, nec, quæ à naturâ habetis, etiam studio atque artificio
qvodam malitiæ conditatis. Remittite spiritus, componite
animos vestros, sedate arrogantiam, sanctiore tunc vita di-
sciplinam rectè vivendi persecuturi. Penetret in mentes
vestras respirans VITIS, easque singat, formet, fleetat, ut mo-
rum distortionem & deformitatem, intemperantissimas
perpotationes, concertatorias simulationes cavendo vitetis,
nec voluptates ejusque modi persequamini; Perennibus
potius sanctimoniaz illibatae pensionibus sospitatori gratia-
rum summam retribuatis, quam omnino omnes debemus.
Spirabit in nobis amor divinus, si spirantis VITIS germina-
tionem attentiore spiritu observaverimus: expirabit amor
illecebrarum evanidi seculi, si ærumnosa species expirantis
animo obversabitur nostro; respirabit patientia sæpius ad-
versis quidem læsa sed spe futuri seculi plena, si respirantem
firmius amplexi fuerimus VITEM, licebitque adeo nobis,
cum spirante vivere, cum expirante mori, cum respi-
rante ad æterna gaudia è tumulis resuscere
atque penetrare.

P. P. Sub SIGILLO RECTORATUS prid.
Non, Aprilis A. R. G. CIC 156 LXXXVI.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742502279/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742502279/phys_0016)

DFG

ab istâ desiderari possit, qvod non præst
 citè vos alliciens & compellans, qvam si
 vestra ageretur, qvæ cum partibus suis pl
 functa fuerit, qvid superest nisi ut in v
 morosis culpa esse dicatur? Caveat q
 uerimonia Prophetæ, qvod nusquam fe
 cas & fides, qvibus (proh dolor!) æqvæ
 destituuntur viatores fructibus & uis,
 vites pervasit vis aliqua major & sperat
Mich. VI. 1. Calvatam ceteroqui vos esse vi
 deprehendetur, si efficaciam sanctimonia
 interceperitis, & aliorum cadent vota
 mis mansuræ, modo ipsi non refragare min
 tis malitiæ veteris inniti, & acinos calloso
 immites uvas acore morositatis & ferme
 nacissimè exprimere, adeò qvidem ut fran
 corrigamini, qvicunqve in pravum induru
 pite & memoria custodite, qvod sarmen
 tidantur, excisa ejiciantur, ejecta arescant
 tur, collecta in ignem conjiciantur, conj
 Perodiola lippitudo fuerit, alienos errore
 ligentiùs cernere, in suis connivere. Be
 que virtus hoc unicè curat, ut ipsa benè pra
 tur pectus, qvod instar vineæ pastinet, sa
 exornet. In vobis ipsis svavitatis vestræ
 pullulat, in vobis manet, intus vobis inq
 renda jucunditas est vestræ conscientiæ.
Serm. 43. in Cantic. bona, ait, *vinea justi, in*
cui virtus vitis, actio palmes, cui vinum te
stie, cui lingua torcular expressionis. Vides
care nibilis sermo, cogitatio, conversatio. E.

B



in so illi
 n poti ûs
 ino per
 limitibus
 repetatur
 tur pie
 , atqve
 iria aut
 sustulit,
 mento
 noribus
 tris ani
 calame
 q; , vel
 tatis te
 ; qvam
 operci
 em ex
 illigan
 rantur.
 & di
 stuosa
 ncisca
 et atq;
 vobis
 s qvæ
 nardus
 justus,
 nscien
 m va
 ex eo,
 quid